Omnibusq[ue] et Singulis in eadem inscriptione conditionibus punctis et clausulis se et Successores suos satisfacturos et p[rae]missa libenter passuros, neq[ue] eo nomine ipsi N et Suis posteris aliquam litem moturos inscribit et obligat perpetuo. Quam quidem memorati Judicii recognitionem Generosus etc.

L[ite]ra Restium ad capitaneos

Mag[nifi]ce N Fid[elis] nobis dilecte necessitatibus Regni nostri exigentibus Generalem Bellicam expeditionem una cum Senatoribus et Consiliarijs nostris decrevimus. Primas idq[ue] Restium literas p[rae]mittere ut ijs Nobilitas ad arma excitetur nobis est. Mandamus itaq[ue] Fid[elitati] V[est]rae ut primas mox ut redditae fuerint Alteras vero quatuor hebdomadis Voce Praeconis pro templis in foribus ac alijs locis publicis proclamari iubeat atq[ue] ad Nobilitat[is] p[rae]fecturae suae perferendum curet. Interea tamen Judicia Castren[sia] exerceat et ut Terrena quoq[ue] celebrentur det operam. Pro gratia n[ost]ra et officij sui debito etc. Datum etc.

Donatio Castellanatus.

Significamus etc. Quia habentes in nos cognitam fidem et observantiam atq[ue] in Rempublicam Singulare studium et bene merendi affectum Generosi N quem occasione sese offerente et ante semper antequam numerum Senatorum nostrorum per nos esset relatus declarabat et Suausq[ue] declarare non cessat Dignum esse censuimus ut illum ad altiorem dignitatis gradum promoveremus. Itaq[ue] per assecutionem Pallatinatus vacante Castellanatu N ipsum eidem Generoso N contulimus atq[ue] Castellanum N declaravimus p[rae]sentibus Conferentes Generosum N dicto ipsum Castellanatum N cum omnibus iuribus et p[rae]rogativis tenen[dum] etc.

Expectativa post mortem alicuius

Significamus etc. Quia grata recordatione prosequen[tes] fidelia servitia nobis p[rae]stita Generosi N Tum etiam perspectam habentes ipsius industriam fidelitatem ac diligentiam in administrandis servitijs nostris. Ideo erga eundem munificentiam n[ost]ram Regiam declarare volen[tes] hanc p[rae]rogativam eidem G[enero]so N p[rae]senti Privilegio nostro concedimus, ut ipse et non alius sit primus expectans officij aut alicuiusvis beneficij post mortem Generosi N quam primum cuiuis excesserit. Promittimusq[ue] verbo nostro Regio et his literis fidem facimus quod eum prima et proxima vacatio contigerit nonalius sit quam p[rae]fatus N expectans vigoreq[ue] p[rae]sentis Privilegij nostri possessionem primi et proximi vacantis apprehendat